veller tñ ēē imortalis z sic de alijs. hoc ē quia
pnt opinari q talia eēt bona si esset. Itē
illa ēē z illa sibi inesse vt illa nō ēē nec sibi inēē
Ad aliā dicunt multi q nō solū volūtās ē im-
possibilis sz et electio. vñ aliqz elegerāt ascedere
ad celū iō ad hoc pstruxerāt turres. z dicit q hoc
nō intēdebat. Ar. negare sz dicit volūtātē ēē
ipossibilis z electionē nō qz electio raro ē ipos-
sibilis voluntas autē sepe ppter hoc q volūtās
nō pūponit deliberationē iō sepe errare pōt.
electio aut qz seqtur deliberationē min. errat iō
qz velle ipossibile ē tāqz ex errore. seqtur q ele-
ctio nō ē ipossibilis nisi i raro. volūtās aut multo
ciens et hoc sufficit. Aristoteli ap pcludēdū dif-
ferētiā electiois ad volūtātē. Sz hec solutio nō
videtur pgrua qm q scim. esse ipossibile dicim.
bñ cathegorice velle illud vel velle q esset possi-
bile nūqz tñ dicim. eligere illud nisi pditionem
addēdo vel subintelligēdo scz si esset possibile
et hoc pōt qbz expiri. in seipō. z cū dī q velle vi-
detur pūte pūctiui modi psignificare hāc pū-
ctionē. si dicendū q tu supponis falsū nō em vel-
lē est pūctiui modi sed opant cū dī co velle esse
imortalis dicim. em. vñam esse imortalis vti-
nā de. nō esset iō rō nō valet. Ad aliā dicendū
est q non oīs acceptatiō vñ p altero est electio
ppte sed solū si fiat secūdu pūā deliberationē
Itē vt non eligit ppe q nō est oīs acceptadi z
hoc et illud. bruti nō est hūmō. sed ab obiecto vt
ab instructu natur ali. determinatur vel necessi-
tatur. bruta igitur electione non participant sicut
dicit Aristoteles. licet aliquid simile habe-
ant electioni. Ad aliā dictā fuit i pūo libro q
p. moralis z pncipalis ē i volūtate iō nō valet
Ad rōnes pncipales dicendū est. Ad pūā q
Ar. i pūo hui. nō capiebat electionē ppe sed
pūmūt put ad oē desiderii se extēdit. Ad aliā
dicendū est q illa regula ppter quod vnuquodqz tale
zc. nō tenet nisi vbi ea abo q apparant adiūcē co-
ueniūt i pūtiōe i q pperant z qd ipā vñ ppter qd
hoc ē iest alit. vñ nō seqtur si hō ē ebr. ppter vi-
nū qviniū sit magis ebrū mō electio nō puenit fi-
ni iō regula nō hz hic locū. regula ei nō valet ad
pūādū q hoc sit illi. sz ad pūādū q sit magis
supposito q sit sicut dicitur. Ad aliā vt foz
311

ad tertiam.

q possit quis
velle ipos-
sibile scim ta-
le.

ad quartam

ad quintam.

q bruta nō p-
prie eligunt.

ad sextam.

Ad ratiōes
pncipales.

Liber tertius.

Ethicozum. fo. lvi.

Secundo boni neque mali esse. ¶ Itē pmo rēthorice magis eligibile est delectabilius min⁹ delectabili et minus triste magis tristi: sed minus triste est fugere q̄ mori q̄ i morte est marīa tristicia fēf. s̄ ē r̄ iūlect⁹ spēalr̄ i i p̄tuofo q̄ dicit Ar. q̄ to vtiq̄ p̄tūē habeat oēm r̄ felicior sit magis i morte tristicior sit talē m̄ marie viuere dignū. r̄ iste m̄ximis bonis p̄uaf̄ scē. trīste aut̄ hoc igr̄. ¶ Oppositū dicit Ar. mors q̄dē r̄ vulnera trīstī r̄ fori r̄ volēt̄ erunt dicit ē p̄ncipalr̄ aut̄ dī cet̄ vtiq̄ fortis q̄ circa bonā mortē ip̄audus. si ergo est dare bonā mortē sicut videt Ar. sup̄ ponere p̄cedendū est q̄ illā fortis magis dēlit gere q̄ p̄ fugā turpe p̄mittere dicit etiā Ar. q̄ r̄ to hui⁹ q̄ cū p̄clitēf nō parcēs est vite vt nō dī gnū exis oīno viuere dicit etiā tertio hui⁹ q̄dā aut̄ fortis nō est cogi s̄ est magis mouendus patientē durissimā. Si ika q̄stio supponit scdm̄ fidei veritatē felicitatē p̄matorā post hanc vitā tunc nō h̄z magnā dubitationē quin in aliquo casu magis sit moriendū q̄ fugiendū. verbi ḡfa si quis videret q̄ p̄pter suā fugā magnus xp̄ia nox popul⁹ p̄iret r̄ q̄ multas ip̄soz q̄d possēdēs pollet infidelis optinere q̄ oia p̄ suā defensionē r̄ mortis expectationē p̄st saluari: constat q̄ tali magis esset eligendū mori quā fugere q̄ solum corp⁹ in tali morte admitteret. aīa vero magno inde decoraret p̄mo/mō de aīa p̄ncipalr̄ est curandū r̄ vlr̄ magis esset eligendū mori q̄ p̄mittere q̄d cūq̄ p̄cūm mortale. S̄ si supponat nūlla alia esse vita r̄ nulla esse felicitas hūana nisi i hac vita sicut m̄tī p̄hī senferūt r̄ Ar. innuere videt in hoc loco dicens r̄ nihil adhuc mortuis videtur neq̄ bonū neq̄ malū esse: tūc q̄stio maiorē h̄z difficultatē r̄ opinionēs p̄rias. ¶ Una est opinio est q̄ in morte expectāda aut euidenter appet q̄ oīno ip̄ossibile est saluari nisi p̄ fugā aut hoc nō appet euidēt̄: s̄ adhuc spes h̄fi pōt de optinēdo vel nō moriēdo. S̄ iho igr̄ casu scdm̄ dī q̄ mortis p̄culū p̄ cōi salute magis est intrepide r̄ impauide expectādū: q̄ fugiendū. r̄ q̄ in tali expectatiōe est sumus fortitudinis acius. r̄ q̄ ad hāc sentētiā vlt̄ exponi oēs auctoritates dicētes moriendū esse r̄ nō fugiendū. S̄ de p̄mo casu dī q̄ fugiendū est r̄ p̄ nulla re moriē expectādū. q̄d p̄batur p̄mo p̄ p̄mā rōnē in p̄ncipio q̄stionis adductam. Scdm̄ q̄ nulla opatio virtutis est q̄ nō est felicitas vel ad felicitatē ordinata: s̄ mors oīno opponitur felicitati r̄ destruit eā. igr̄ mori nō pōt esse op⁹ virtutis r̄ sic nullomō eligendū est mori. Tertio q̄ virt⁹ nō i clīat p̄ naturā q̄ est p̄fectio nature. s̄ inclinatio ad moriendū esset p̄ naturā q̄ ad totū nature destructionē. Quarto q̄ talis mors vel expectare tur p̄p̄ bonū p̄p̄ius vel p̄p̄t alienū nō p̄p̄t p̄p̄ius q̄ totū in morte amittit. nec p̄p̄t alienū q̄ ex q̄ non ponitur alia vita: ip̄e non possēdēs os saluare nec p̄curare manus bonū q̄ illud q̄d ip̄e p̄dit mō in tali casu q̄libz dī p̄ferre bonū p̄p̄ius bono alieno sicut nos ponētes aliā vitā dicim⁹ q̄ vnus q̄s magis dī desiderare salutē p̄p̄iā: q̄ salutē oīm alioz. caritas est ordinata. Quinto q̄ nō esset magis moriendū ex ele-

ctione si non sparem⁹ de alia vitā q̄ si p̄m⁹ s̄ multo min⁹. sed nos videmus sanctissimos viros strenuissimos fortissimos approbatissimos qui fugiebant ab infidelibus cum videbant mortem aliter euitari nō posse p̄bi ḡfa. guillermam de oīges r̄ plures alios q̄s hystorie sūme commendat. Alij autē dicunt q̄ magis est moriendū q̄ aliq̄ marie turpia p̄mittere. verbi ḡfa q̄ m̄sem occidere vel ēt q̄ in bello fugere vbi ēt ex fuga seq̄ret p̄pli cōis et ciuitatis destructio q̄ p̄ non fugā vel mortis expectationē saluarent q̄d p̄batur p̄mo supponēdo q̄ necesse est aliq̄ mori et p̄ mortē illa oīa p̄dere bona r̄ nature r̄ virtutis. s̄ p̄p̄tione habita q̄ nō sit alia vitā. s̄ mortē i p̄stī sustinēda nō debem⁹ fugere nisi p̄ q̄to differt a futura morte. mō nō differt in p̄cedo oīa bona q̄ mors vtracq̄ p̄deret oīa. s̄ differt solū i plonatiōe oīm bonoz habitoz vel eoz abbreuiatiōe scdm̄ t̄p̄is durationē. Supponit ēt scdm̄ q̄ hui⁹ t̄p̄is plonatio est breuis. q̄ vita breuis sicut dicit p̄pocras r̄ auerrois in p̄logo octauo phisicoz. ¶ Tertio notādū q̄ i bonus dicitur nō sit meli⁹ cetis p̄ibus iñ bonus q̄d scdm̄ p̄m̄ excedit atq̄ non pōt ab illo alio excedi p̄ illi⁹ alii diuinitatē maiorē. p̄bi ḡfa p̄ermis durās p̄ solā diē est melior r̄ nobilior bonitate nature q̄ lapie durās p̄ mille ānos. Arguit igr̄ sic illud est p̄eligendū in q̄ mai⁹ bonū acq̄rit r̄ min⁹ bonū amittit. s̄ in tali morte magis r̄ mai⁹ bonus acq̄rit q̄ i fuga r̄ min⁹ bonus amittit. p̄bano q̄i fuga nō acq̄rit nisi plōgatio boni nature r̄ bonū p̄tutis amittitur i expectatiōe aut̄ mortis bonū q̄d p̄stī in sūmo actu fortitudinis acq̄ritur r̄ sola plōgatio boni nature amittitur mō bonū nature cū bono p̄tutis est mai⁹ bonū q̄cūq̄ mori dico t̄p̄e. q̄ bonū nature sine bono p̄tutis multo t̄p̄e sicut p̄t̄ ex dictis cū bonū virtutis p̄tineat ad p̄fectionē boni nature r̄ sit sp̄e difficiū ab eo. ¶ Itē ex eodē p̄ncipio Arguitur de duob⁹ malis min⁹ malū est eligendū s̄ natura ornari virtute r̄ attingere finē ad quē ordinat⁹. s̄ modico t̄p̄e est min⁹ malū: q̄ natura sine virtute r̄ a sine sibi debito frustratā imo r̄ viciatā durare longo t̄p̄e. p̄mū aut̄ illoz p̄ mortis expectationē attingitur. r̄ secundū p̄ fugā igr̄ r̄ c. Hec valet dicere q̄ ille q̄ fugit poterit in posterū multa opari virtutē opa q̄ non posset si moriētur. P̄mo q̄dē hoc nō valet q̄ incertū est mors em̄ est incerta et ēt virt⁹ eius esset amissa r̄ itē q̄ nō idē casus accideret vbi talē itē mortē expectet: nunq̄ accidet q̄ ip̄e virtutis effectū tante bonitatis imo neq̄ p̄parabilis exercere possit imo r̄ t̄m malū fuit in fuga p̄petratū q̄ per oēs futuros act⁹ virtutis illi r̄ etiā i nō esset amissa non esset facta redēptio: ideo videtur q̄ ille s̄per in posterū esset mai⁹ magis q̄ bonus. ¶ Itē per simile arguitur sic: sicut fanitas corporalis ad corpus est h̄z ita bonitas virtutis ad aīam mō nullus est q̄ ad solas corpis dispositiones aspiciens pl⁹ vellet longo t̄p̄e magna egritudine r̄ longo dolore languere q̄ breui t̄p̄e sanitate gaudere. vñ videmus oēs cū infirmitatis dolore patiuntur dicere plus velle mori q̄ sic esse longo t̄p̄e. vñ iob plenus vermib⁹ dī

alia oppōitio q̄ est subeunda mors.

¶ Belī secūdu sēp̄ ex dī dī otutūm t̄tāem min⁹ r̄is boni.

¶ Euasio

p̄t̄ sedet animā meā vite mee igitur s̄lī r̄ om̄s ad aīam recte attendentes plus dñt velle aīam insi gniri virtutibus i modico t̄p̄e: q̄ vicijs longo t̄p̄e deprauari. S̄ iā s̄niam tenuerūt antiq̄ p̄hī r̄ approbatissimī morales i illoz q̄ nullā opinati sunt aliā q̄ in hac vita futuram b̄titudinē. vnde seneca multos allegat tales r̄ ip̄emet fuit de numero ip̄soz: ip̄e em̄ manifeste negat post mortē felicitatē p̄matorā in ep̄la ad luciliū longē m̄hī r̄ manifestus in hoc suo ad marciū de consolatione filij sui r̄ t̄m manifeste ip̄e p̄dictas sustinuit s̄niam sēp̄ em̄ predicauit mortem non esse timendā. ¶ Similr̄ Tullius in libro suo de officijs dicit nemo em̄ iustus esse potest qui mortē qui dolore q̄ exiliū qui egestatē timeat aut q̄ ea que sunt his p̄traria equalētiā pōnit. Et t̄m intelligendū q̄ hō virtuosus r̄ qui cōi populo potest p̄desse plurimū nunq̄ nisi i arduissimo casu deberet mortē sic euidētē expectare. imo nec se periculis exponere nec ille esset actus fortitudinis sed audacie p̄raue. nā p̄tra rectū iudiciū rationis esset q̄ hō qui multū pōt sibi et alij et toti publice rei p̄desse: velle p̄dere se vbi nulla vel parua sequeretur eodē moditas: propter quod de magnanimitate dicit Ar. stoteles quod ip̄e non est microludinos id est i paruis periculis neq̄ in philoludinos id est i amatoz periculis: sed est megaloludinos id est i p̄mo maximis periculis: r̄ cū periculis nō parcens vite et non dignū exis oīno viuere propter q̄d neq̄ decet reges et p̄cipes seip̄os ita ut exponere periculis: sed tunc solū cum non possint aliter resistere inimicis. Si igitur hec opinio teneatur possunt solui rationes alioz.

Ad ratiōes principales. ¶ Ad primā in principio questionis adductā: dicendū est satis q̄ in aliquo casu mortem eligere et expectare est minus malum: q̄ fugere. imo hoc est simpliciter bonū et illud simpliciter malum. ¶ Ad aliā rationē cum dī q̄ delectabilius est eligendū concedo et cū dicitur fugere est delectabilius vel minus triste. dico q̄ vix est secūdu sensum saltē sibi derelictū: aut etiā apud malos secundū intellectum. sed apud bonos et in virtute perfectos non est verum. quia tales sēper in maiori bono magis gaudent. concedo tamen q̄ isti bene trīstamur de morte: sed tamen plus delectantur in opere virtutis quod exercent: q̄ in morte trīstent. ¶ Ad aliā rōnē q̄ p̄ alia opinione fuit adducta. q̄ dī nulla est opatio virtutis q̄ nō est felicitas vel ordinata ad felicitatē: p̄cedo r̄ q̄ dī mors nō esset i casu posito felicitas nec ordinata ad felicitatē p̄cedo si mors accipiatur pro instantanea corruptione vite: id nec dico q̄ mori sit actus virtutis. sed expectatio mortis vt communitas saluetur. et magis eligere q̄ communitas saluetur q̄ q̄ mors retardetur est summa vite politica felicitas quia est maximus virtutis actus. ¶ Ad aliam dico q̄ virtus est perfectio nature ideo inclinatur ad illud quod est nature magis bonum sed nature est magis bonum q̄ p̄ficiatur per adaptionem sui finis: q̄ q̄ dūret diutius illo fine r̄ in illa perfectione p̄uata. ¶ Ad aliam patet quomodo talis

Ad ratiōes principales.

Ad secūda.

Ad tertiam.

ad quartam.

ad quintam.

expectatio est et ad proprium bonum maximus et ad bonum alienū. ¶ Ad vltimā dicendū est q̄ guillermus et alij virtuosī fugerūt sepe q̄ nō viderūt q̄ expectatio mortis p̄desset sed q̄ plurimum suo toti populo obesset. Hec de q̄stione. ¶ Clertur decimonono. ¶ Clertur fortius. ¶ Clertur q̄ non do s̄itiri⁹ cardinalis. ¶ Clertur q̄ non q̄ magnanimitas non ponit cardinalis. ¶ Clertur q̄ saltem putat a fortitudine distinguī. q̄ esset plures q̄ cōter ponantur sed t̄m magis videtur de magnanimitate q̄ de fortitudine q̄ magnanimitas est p̄ncipalior r̄ melior q̄ magnanimitas vt dicit Ar. est optimus r̄ maxie dignus r̄ q̄ videt esse magnanimitas q̄d in vnaquaq̄ virtute magnū ¶ Itē secūdu albertū virtutes ex eo dñr cardinales: q̄ i cas velut i cardinib⁹ tota voluit hūana puerfatio: s̄ i fortitudinē nō voluit tota hōis puerfatio: q̄ sicut dicit Ar. fortitudo est circa terribilia non q̄cūq̄ sed circa mortē q̄ in bello mō tota hūana puerfatio non vertit circa bella sed paucos decet bellare r̄ rarissim⁹. ¶ Oppositū t̄m arguit. cōtere ei ponit q̄tuor virtutes cardinales scz p̄udentia fortitudo tēperantia iustitia. p̄pter q̄d r̄ de istis solis seneca libellū p̄posuit specialē in cuius p̄ncipio dicit spēs virtutum multoz sapientū sententijs diffinire sunt q̄bus a nūm⁹ hūanus ad honestatē vite posset accedere hāz aut̄ p̄ma est p̄udentia. scdm̄ magnanimitas seu fortitudo. tertia p̄tinentia siue tēperantia. q̄ta iusticia. lingule ergo his officijs q̄ subius annexa sunt honestū ac b̄i morigeratū virū faciunt. ¶ Et Tullius in sua rēthorica volēs oēs distinguere p̄tes virtutis non ponit ip̄s p̄tes p̄mas. nisi q̄tuor istas: dicens virt⁹ est animi h̄tus nature mō rationi p̄sentane⁹ q̄b̄iē oib⁹ ei⁹ p̄tib⁹ cognitis totavis erit honestatis simplicis p̄sideratō. h̄z s̄ p̄tes q̄tuor p̄udentia iusticia tēperantia r̄ fortitudinē. In ista q̄stione p̄mō videndū est q̄ re virtutes dñr cardinales. secūdo videbū q̄ q̄tuor sole dñr cardinales: r̄ ibi apparebit quomō fortitudo debeat dici cardinalis. ¶ Albertus igr̄ dicit q̄ virtutes cardinales sunt in quib⁹ velut in cardinib⁹ voluit tota hūana puerfatio sic em̄ vt dicit vocamus cardines celi polos r̄ deitruy r̄ sinistru i oriēte r̄ occidente r̄ cētrū in q̄bus velut in cardinib⁹ totū reuoluit mūdus. sic em̄ vocamus in itroitu dom⁹ cardines hostioz in q̄b⁹ tanua reuoluit p̄ quā ē introit⁹ r̄ exitus in domo r̄ rōnabiliter p̄cedi dī q̄ hec sit ratio nois scz vnde virtutes nomē cardialai s̄p̄serunt. Sed vt magis appareat eaz ab alijs sepatio videt aduigendū esse q̄ ille virtutes vocatē sūt cardinales q̄bus habitis esto q̄ nulle aliaz habeant homo dicit simplr̄ moralr̄ bonus scdm̄ q̄ de bonitate morali locuti sūt p̄hī q̄ aliq̄ deficient: habitis q̄bus cūq̄ alijs: homo nō dicit simplr̄ bon⁹ moraliter: ideo igitur dicuntur cardinales quia su per eas velut sup cardies sustentatur r̄ voluit tota moralis bonitas hūana. Alie aut̄ virtutes b̄i sunt de congruitate et decore bonitatis humane sed non de eius necessitate prout infer⁹ apparebit. ¶ Videndum est ergo nunc que virtutum secundum hanc cardinalat⁹ rationem de-

ad sextam.

¶ Clertur q̄ non do s̄itiri⁹ cardinalis. ¶ Clertur q̄ non q̄ magnanimitas non ponit cardinalis. ¶ Clertur q̄ saltem putat a fortitudine distinguī. q̄ esset plures q̄ cōter ponantur sed t̄m magis videtur de magnanimitate q̄ de fortitudine q̄ magnanimitas est p̄ncipalior r̄ melior q̄ magnanimitas vt dicit Ar. est optimus r̄ maxie dignus r̄ q̄ videt esse magnanimitas q̄d in vnaquaq̄ virtute magnū

¶ Itē secūdu albertū virtutes ex eo dñr cardinales: q̄ i cas velut i cardinib⁹ tota voluit hūana puerfatio: q̄ sicut dicit Ar. fortitudo est circa terribilia non q̄cūq̄ sed circa mortē q̄ in bello mō tota hūana puerfatio non vertit circa bella sed paucos decet bellare r̄ rarissim⁹.

¶ Oppositū t̄m arguit. cōtere ei ponit q̄tuor virtutes cardinales scz p̄udentia fortitudo tēperantia iustitia.

¶ Et Tullius in sua rēthorica volēs oēs distinguere p̄tes virtutis non ponit ip̄s p̄tes p̄mas. nisi q̄tuor istas: dicens virt⁹ est animi h̄tus nature mō rationi p̄sentane⁹ q̄b̄iē oib⁹ ei⁹ p̄tib⁹ cognitis totavis erit honestatis simplicis p̄sideratō.

h̄z s̄ p̄tes q̄tuor p̄udentia iusticia tēperantia r̄ fortitudinē. In ista q̄stione p̄mō videndū est q̄ re virtutes dñr cardinales. secūdo videbū q̄ q̄tuor sole dñr cardinales: r̄ ibi apparebit quomō fortitudo debeat dici cardinalis.

¶ Albertus igr̄ dicit q̄ virtutes cardinales sunt in quib⁹ velut in cardinib⁹ voluit tota hūana puerfatio sic em̄ vt dicit vocamus cardines celi polos r̄ deitruy r̄ sinistru i oriēte r̄ occidente r̄ cētrū in q̄bus velut in cardinib⁹ totū reuoluit mūdus. sic em̄ vocamus in itroitu dom⁹ cardines hostioz in q̄b⁹ tanua reuoluit p̄ quā ē introit⁹ r̄ exitus in domo r̄ rōnabiliter p̄cedi dī q̄ hec sit ratio nois scz vnde virtutes nomē cardialai s̄p̄serunt.

Sed vt magis appareat eaz ab alijs sepatio videt aduigendū esse q̄ ille virtutes vocatē sūt cardinales q̄bus habitis esto q̄ nulle aliaz habeant homo dicit simplr̄ moralr̄ bonus scdm̄ q̄ de bonitate morali locuti sūt p̄hī q̄ aliq̄ deficient: habitis q̄bus cūq̄ alijs: homo nō dicit simplr̄ bon⁹ moraliter: ideo igitur dicuntur cardinales quia su per eas velut sup cardies sustentatur r̄ voluit tota moralis bonitas hūana.

Liber

tertius.

bent dicē cardinales virtutū igitur quedā perficiunt intellectū et alie appetitum/pficiētes intellectū sunt quoniam quare tres sunt speculatiue scilicet sapientia scientia intellectus que iam non sunt de necessitate bonitatis humane simpliciter essent de ratione opumitatis multi ei bone voluntatis et sancti viri duxerunt vitam actiuā nullam habentes aut quasi nullā de rebus speculatiua noticiā de sapia aut tē dice post. Ara etiā moralis que est circa factibilia non est de necessitate bonitatis humane non est opus hominem bonū esse factū vel edificatū reū notū est propter quod relinquitur sola prudentia/hec autē est humane bonitati necessaria quia sine ea non potest esse rectitudo appetitus ipsa est regula omniū virtutum moralium et omnes in ea cōnectuntur. ut appareat in sexto huius. imo sicut apparuit in secundo non est opus bonū nisi secundum quod personat recte rationi que nihil aliud est quod prudentia vel actus eius virtutes autem perficiētes appetitū sunt habitus electi ut in secundo dictus est/omne autē eligibile dicitur secundum alteram trium rationum scilicet utilitatis/delectationis/aut honestatis/ideo necesse est omnē talem virtutē versari aut circa vtile/aut circa delectabile/aut circa honestū/aut circa mala eis opposita. et hoc dicitur Aristoteles circa huius tribus ei extrinsecus que circa delectationes et tribus que in fugis vno conferente delectabili et tribus contrariis malos nociuos tristi circa hec quidem oia bonus directius est malus aut peccans si igitur fuerint virtutes circa vtile hoc poterit esse tripliciter. vno modo cōsumendo seu distribuendo secundum modo aggreduendo seu accipiendo tertio modo retinendo seu seruando. Et ite quodlibet istorum modorum dupliciter. nam consumere seu distribuere potest aliquis vno modo dando seu expendendo quod suum est Alio modo reddendo quod est alienum vel etiā aliis quorū vel cuius est distribuendo. primus modus pertinet ad liberalitatem et magnificentiā pdigalitates vel bannāsiā illiberalitatem vel paruitentiam. Secundus modus pertinet ad iusticiā vel iniusticiā. nam propter officio reddere alienum iustū. alteri autē distribuere iniustū. In primo autē modo si quod non obseruet mediū liberalitatis vel magnificentie scilicet excedit non est peccatum mortale. nisi forte sine intentione dat iniustū vel intemperatū vel contra fortitudinis actū. nec ob hoc simpliciter malus. vnde capitulum de liberalitate dicitur. Aristoteles quod pdigus videtur esse non prauus secundum morem. non enim mali neque inutilis supabundare datem et non accipientē. Sed in secundo modo cadit peccatum mortale per quod potest dicitur malus simpliciter. Similiter in accipere et cōgregare potest dupliciter. vno modo capiēdo quod suum est. Alio modo capiēdo quod alterius est. primus modus pertinet ad liberalitatem vel illiberalitatem magnificentiā vel paruitentiam. secundus modus ad iniusticiā et in secundo modo peccant mortaliter in primo autē modo non nisi taliter capiat quod acceptio iniusta vel intemperata fiat vel forte contra fortitudinem. si autē retinere et seruare potest esse dupliciter. vno modo retinendo alienū iniuste hoc pertinet ad iniusticiā et reddit hominem simpliciter malū et aliomodo retinendo suū hoc pertinet ad liberalitatem vel

magnificentiam vel vicia eis opposita nec illud reddit hominem simpliciter malū propter quod manifestū est. quod vicia liberalitati magnificentiā simpliciter opposita non faciunt hominem simpliciter malū sed solū si spem alterius vicia fortiter puta vt plurimum si opponantur iusticie propter quod iusticia tanquā necessaria ad existere hominem simpliciter bonū et non malū ponit virtus cardinalis non autē liberalitas neque magnificentia. Et nota quod aliqui vt dicunt sapiētes si diues videat pauperē in magna egestate esuriente et non dat ei elemosinā. scilicet potius reliquas mense sue dat canibus aut porcis. tūc iste modus solū modus dat imo etiā non reddit. quod in tali casu illud quod diues possidet. et est pauperis ideo non solū peccat per illiberalitatem non dādo. sed etiā per iniusticiā non reddendo. Similiter etiā nullus potest seruare bona vilia nisi vt aliqui pōnt sibi vel alijs. ideo si quis per illiberalitatem seruaret blada sua tot et tanto tpe quod putreficerent. tale viciū iam subtraheret genus iusticie. quia talis alienaret et pderet ea que aliqui deberent in postea esse alterius. et tales potest peccare mortaliter scilicet non per solā illiberalitatem vel pdigalitatem vel paruitentiam et bannāsiā. propter quod dicitur Aristoteles de pdigo simplici quod non videtur prauus ita dicit de paruitentia non tamen opprobria quedā inferunt. propter neque primo nociuos esse neque valde turpes. de illiberalitate autē hoc non dicitur quia valde cito et multipliciter inatus est genus iusticie subtrahere. Si autē virtus moralis fuerit circa delectabile aut tristabile hoc erit dupliciter. vno modo largiendo Alio modo recipiendo et primus quidem modus non facit hominem simpliciter bonū aut malū nisi forte per iniusticiam aut intemperatū actū largiret quis habuit delectationem vel tristitiam propter quod amicitia siue affabilitas et eutropia que dicitur sunt delectationes et tristicie non ponunt virtutes cardinales multi enim boni viri sunt satis inhabiles ad istas duas virtutes. Si autē sit virtus circa delectabile vel tristabile in sustinendo hoc erit dupliciter. vno modo circa delectabile principaliter et circa tristabile secundario. Alio modo conuerso. si igitur virtus fuerit circa delectationes in sustinendo vel non sustinendo sic circa multas delectationes imoderatas versus et excessiua susceptio reddit hominem simpliciter malū quod ducit hominem ad bestialē vitam ad egritudines ad psumptionē corporis et ad puationem oīum aie bonorum intellectualium et moralium. sed hec omnia et multa alia mala afferunt vobis imoderata psecutio et excessiua versus delectationū que sunt in cibis potibus et veneris actibus sicut postea videbit in capitulo de temperantia. propter quod temperantia que est virtus circa has delectationes est humane bonitati necessaria ideo ponit cardinalis virtus. Si autē virtus fuerit principaliter circa tristabile hoc est dupliciter. Alio modo secundum quod illud tristabile est inatū induceret in modum putrefactionis inatū commouere ad irā. primus modus est fortitudo que est virtus cardinalis secundum autem modus fueritudo que non est virtus cardinalis quia vicia sibi opposita non reddunt hominem simpliciter malum nisi forte illo casu quo excedens ira mouet ad ini-

Definitio virtutis cardinalis. Virtus est habitus appetitus secundum tria bona

Ethicozum

fo. lvi

sum actum et ita contingit etiā quod aliqui boni homines multo plus et longiori tpe irascuntur quod oportet sed tamen per habitum iusticie retinent se ne irascantur in iustā viciā. dolorē tamen cordis patietes propter iram. si autem virtus moralis fuerit circa honestum hoc est dupliciter quoniam honestum potest tripliciter intelligi. Alio modo secundum quod pertinet ad virtutē cognoscitiuā specialiter cuius modi sunt habitus intellectuales de quibus dictū fuit. Alio modo vt pertinet specialiter ad virtutē iteratiuā et huiusmodi est veritas in colloquiis in humano pūctum circa quā est virtus moralis quā vocat Aristoteles veritatem que non est cardinalis quia vicia sibi opposita non reddunt hominem simpliciter malum nam maius viciū quod sibi opponitur est iactantia. Iactator autē tripliciter est vt dicitur Aristoteles. vno est maior eximie fingens nullius gratia nisi scilicet quod gaudeat in huiusmodi fictione. secundus talis fingit glorie vel honoris gratia. tertius autē gratia lucri secundus igitur et tertius non opponuntur simpliciter virtuti veritatis sed secundum magnanimitatem vel philothimiam. tertius autē liberalitati. sed primus opponitur si pūctū pūctū est et ite eo prauus esse videtur quod est mēdax et mēdaxio gaudet. tamen dicitur Aristoteles quod bonus magis videtur et malus. Et nota dū est quod mēdaciū vno modo sumit large per quod scilicet significatōne abfque intentione fallendi et nocendi et tale mēdaciū est simplex iactantia et hoc forte non facit hominem simpliciter malum nec est mortale peccatum. Aliud est mendacium proprie dictum quod est falsavocis significatio cum intentione fallendi et nocendi quia talis iactantia habet intentionē non iustam ideo tale mendacium prout opponitur iusticie reddit hominem simpliciter malum igitur per hoc virtus non est ponenda cardinalis. tertio modo honestū capitur vt pertinet specialiter ad virtutes appetitiuas et hoc dupliciter scilicet essentia liter honestū cuius modi sunt virtutes morales et actus ipar et honestū significatiue cuius modi sunt honor laus et gloria. primum honestū vocat aliqui rationabiliter honestū in seipso et secundum vocat honestū extrinsecū circa igitur honestū extrinsecū pūctū magnanimitas et philothimia que non sunt virtutes cardinales. multi namque sancti viri et ptemplatui spūerunt huiusmodi honores exteriores vt magis possent vacare pteplationi. propter quod nec Aristoteles dicit hanc virtutem esse principalem. sed dicit vt debetur quidē igitur magnanimitas vt ornatus redderent hominem simpliciter malum sed dicit non est malū quidē igitur videtur neque isti verus est tamen quod si quis propter nimium honoris appetitū vellet alios iniuste suppeditare et honore eis debitu subtrahere et omnis suis obedientia debita non reddere. talis peccator et iniusticiā fieret valde malus. Si autē virtus moralis sit circa essentialē honestū scilicet circa virtutem propter imminēs pericula non perdendam sed retinendam sic est de necessitate bonitatis humane. et est virtus cardinalis que dicitur fortitudo sicut magis in alia questione ne apparebit. et sic patet quod quattuor sunt in vniuerso virtutes cardinales et non plures. Tunc igitur ad rationes. Ad primam dicitur quod ma-

Triplex iactator et cui opponitur.

Duplex mendacium

Ad rationes. Ad primam

gnanimus non optimus est ipsa magnanimitas sed specialiter ex virtutibus cardinalibus. quattuor predictis quas magnanimitas presupponit sunt enim magnanimitas et vicia sibi opposita in dignificando se vel non dignificando magnis et maximis honoribus nullus autē his dignificare potest se nisi sit eis dignus et per omnes omnibus virtutibus specialiter principalibus que sunt humane bonitati necesse insignitus. non est igitur magnanimus optimus ex appetitu honoris. nec ex eo quod se dignificat eis sed quod dignus est eis per alias virtutes. ideo alie virtutes sunt meliores principaliores saltem quattuor cardinales. Ad aliam dicitur quod non dicitur cardinalis quia circa eam versatur humana puerfatio quocumque modo scilicet quia super eas humane bonitas sustentat modum dicto talis autem est fortitudo sicut magis in alia questione videbitur et.

Ad secundā

Questio. et. Arguitur primo.

Secundo.

In oppositu

Fortitudo capit dupliciter.

Nullus est bonus nisi cōferat bonū honestum bono delectabili et vtili

Accessio querit. Virtus fortitudo sit solū circa pericula mortis quod in bello sunt. Arguitur quod non quia fortitudo ponit per cardinales et ita debet esse de necessitate humane bonitatis. modus plurimi sunt boni viri non huiusmodi circa bella ergo fortitudo non est solū habitus circa bella. Item tullius diffinit fortitudinem quod fortitudo est considerata periculis susceptio et laboris perperfio hoc autē esse potest non solū in bellicis sed etiam in alijs. Appositum videtur dicere Aristoteles circa quia igitur terribilium fortis et ridet dicens et circa maxima nullus enim magis sustinet pericula. terribilissimū autē mors videtur vniuersis quod mortē circa mortē quod in vniuersis fortis esse. puta in mari vel in egritudinibus et quod et ridet dicens vt in optimis tales aut que in bello. Item dicitur principaliter aut dicitur fortis quod circa bonā mortē ipauit et quod mortē inferunt repentina exitia. talia autē maxie quod secundum bellū. Sciendum est quod fortitudo sumitur. cōter et proprie supra est generalis oīum virtutum moralium nihil ei aliud est quod illa firmitas aī de quod in secundo quod quod pūctū opat opus quod opet primo sciēs deinde eligēs et eligēs propter hoc. Tercio firme et immobiliter sicut ei requirit fortitudo corporis ad sustinendum et portandum magna pondera ita requiritur anime fortitudo ad aggreduendum et operandum difficilia modo dicitur secundum huius quod circa difficilia semper ars sit et virtus id per quod fortitudo generaliter supra ad omnē se extendit virtutē. Sed fortitudo proprie et specialiter sumpta est solū circa pericula corporis scilicet aggreduendo vel expectando vel sustinendo sicut oportet ad acquirandum vel saluandum bonū virtutis/aut ad fugiendum malū culpe. cū enim sit triplex bonum scilicet delectabile vtile et honestū. Et triplex malū oppositum scilicet triste nociuū et inhonestum siue culpabile vt per se huius. constat quod nullus homo dicitur simpliciter bonus moraliter nisi pferat bonum honestum bono vtili et bono delectabili. propter quod virtutes cardinales que reddunt hominem simpliciter bonum sicut necessario tres morales vna scilicet firmans hominem ad pferendum bonum honestum scilicet bonum virtutis bono vtili et est iusticia. Secunda firmans hominem vt bonū vir tutis preferat bono delectabili et est patientia. Tercia

Quomodo vir-
tutes cardia-
les se mutuo
differunt

tertia firmat hominem ne propter tristitias cor-
porales in periculis eminentes amittat bonum
virtutis et iuratur malum, culpe et est fortitudo
per quod etiam confirmatur quod in alia qstio-
ne dicebatur. scz fortitudinē esse virtutē card-
nale. ¶ Scdo sciēdū q quattuor virtutes card-
inales talis sunt p ditionis adinuicē. q quibet seip-
sam et alias tres defendit et saluat. ne p vicia si-
bi opposita aut p passiones p ipas moderabiles
ipsa vel alie corrumpant. pbi gratia mulier p iuga-
ta tentari potest quadrupl de adulterio p mittē-
do. vno modo per blandicias et lasciuas et alia
huiusmodi delectationes promittētia et ab hac
acceptatione defendit seipsam domina tpsantia.
Scdo modo pot tēdari per timores vt q nisi fece-
rit pberabit turpiter et vulnerabit et ab hoc de-
dit tpsantia domina fortitudo. Tercio modo po-
test tentari per promissiones et donat ab hoc de-
fendit ea dña iusticia. qz talis venditio esset iu-
sta. Quotomodo pot tentari per falsas persua-
siones quibus ostenderetur q eliceret adultera-
ri vt puta si dicat frangenti fidē licet vt franga-
tur eidē maritus aut tuus tibi fidē quotidie frā-
git adulterando aut hmoi et ab hac tentatio ne
defendit tēperantiam domina prudentia. Simi-
liter etiam exemplificari potest de defensione a-
liarum virtutū. nam tēdari potest homo vt non
aggrediatur vel non expectet pericula. pmo
quidē ex timore tristitia corporalis aut etiā mor-
tis. Secundo ex affectu ad carnales delectatio-
nes vt qz vult temp habere cibaria delicata. et
quia flendo cū amplexibus dicit: mulier quod vul-
tis me solā relinqre et desertā Tercio pmissio-
nes et munera. Quarto per falsas puaiones
scz q liceat talia nō aggredi aut nō expectare pi-
cula. igit a pma tēratione custodit seipsam forti-
tudo a scda aut tpsantia a tertia p iusticia/ et a
qtra prudentia/ et ita ē etiā de alijs duab virtutib.
Et neq patet q ille quattuor virtutes in tantis
sunt humane bonitati necessarie: qvna deficien-
te non possunt alie permanere. et ita corrumpe-
ret omne bonū virtutis. ¶ Tercio sciendum est
q bellū pōt sumi dupliciter vno modo ppe pro-
ut ex vtraq parte est et inuasio et defensio: scz
q defensores defendendo inuadunt: et inuaso-
res inuadendo defendunt. Alio modo sumitur
communiter bellū p quacūq periculi corporis
expectatione vel susceptione. vbi tamen possibi-
le est periculo recalcitrare aut ipm nō expecta-
re: qm si hoc non sit possibile: nō habebit aliquo-
modo belli rationem. verbi gratia non dicit bel-
lum si iuxta suspendat latronem: sed si hoc fue-
rit possibile scilz recalcitrare vel fugere: tūc erit
ibi bellum. saltem sensus ad rationem. Ratio nā
qz iubebit expectationem propter fugam turpi-
tudinis: et sensus recalcitrabit dicens quomodo
expectabo mox imminet: non possū tantū su-
stinere dolores si igitur bellū sumatur. pmo
tunc fortitudo non est solum circa bellū pericula
pbatio quia martires qui summum fortitudinis
actū excrucierunt. saltem plures non bellabant
inuasio neq ppe defensie. sed solum susti-
nendo mortis periculū et mortē: quam mortem

negando fidē et incurrendo malū culpe poterāt
euitare. Si r si mulieri inferant verbera et vul-
nera: et ipsa sine inuasioe opposita plus eligit
taliam sustinere q addulterū pmittere: erit hic a-
ctus fortitudinis sicut ex duobus notabilib pre-
cedentibus patuit. z nō est hic proprie dictū
bellū. sed si bellū sumat scdo modo sic fortitudo
erit solū circa bellica picula saltē pncipalr. qz
fortitudo ē sp circa picula q nata sūt i ferre mor-
tē vel tristitia corporale sicut dictū fuit. aut ergo
possibile est hmoi piculis aut tristitiis obuiare
vel nō expectare: aut sustinere: aut impossibile est
eis obuiare. Si pmo modo tunc est ibi bellū cō-
muniter sūptū: et habet ppositū. si scdo modo
tunc in expectando et sustinendo nulla est mora-
lis virtus. cū virtus sit habitus electus: et ele-
ctio nec est impossibile nec necessarium: sicut
apparuit igit. ¶ Sciendū est tamē qz circa
taliam periculū vel circa mortē talem quibus nul-
lo modo possibile est obuiare non sit pncipalr for-
titudō tanqz circa specificū eius obiectū: tamē
aliquomodo accidentaliter ipsa habet locum i
talib. vnde dicit Ar: sed adhuc et in mari et in
egritudinibus intimidus qui fortis non sic autē
vt marinari hī quidem scilicet fortes desperāt
salutem: et tamen mortē talem aspērant id ē
contemnūt. hī autem scz marinari bene speran-
tes sunt propter experientiam et non intellige-
re qz fortes talē mortē ita contemnunt: qz de ea
nūq curant: timo de tali morte valde tristantur
multo nāq plus vellent aliter mori scz in bel-
lo pro salute populi et pro bono virtutis. sed ita cō-
temnunt eam. vt propter timorem nunq in eis
turbetur iudicium rationis. Sciendum etiam q
fortitudo non est circa omnia bellica pericula.
sed solum circa talia quorum inuasio vel expe-
ctatio ordiat ad bonū virtutis saluandū. ad ma-
lum culpe fugiendū. vnde et si quis inuassus ab
alio defendit se viriliter ad saluandū vna suā:
ipse nō ppe hoc opat fortitudinis actū. put for-
titudō est moralis virtus sic em in bello se habe-
ret canis ad canē. hoc igitur naturale est et non
morale. Ideo dicit Ar: bonū nūq scilicet hone-
sti gratia fortis sustinet et operat que secūdm
fortitudinē. Dicit etiā: opz autem nō ppter ne-
cessitatē forte esse. sed qm bonū. Ex his autem
sciri pōt qd sit obiectū fortitudinis extrinsecum
et specificū. Et dico extrinsecū qz fortitudo tanqz
circa obiectū intrinsecū est: circa timores et audaci-
as put videbit in alia questione. Est igitur ob-
iectū pdictum fortitudinis terribile. sicut pericu-
lū corporale doloris illatiū: euitabile p turpē
actū inuasiōne vel expectabile ad bonum virtu-
tis saluandū. fortitudo autē est habitus electus
mediū secūdm rōem circa dictū obiectū expectati-
onē vel inuasiōne/ aut non expectationem vel nō
vel inuasiōnem. ¶ De hoc autē q est fortitudinē
esse circa mortis piculū sciēdū ē q hoc triplici-
telligi pōt vno modo q nullus sit fortitudinis actus
nisi circa mortis piculū secūdm qz maximus
fortitudinis actus sit circa mortis piculū. Tercio
modo qz fortitudo sit habitus inclinās ad sus-
tinendum quodcūq malū pēnc: si casus occur-

Quo fortitu-
do est etiā q
mō circa ta-
lia pericula

Quid obie-
ctū extrinsecū
fortitudinis

Triplex itel-
ligit qz forti-
tudo sit itatū
circa mortis
periculum.

Bellum du-
pliciter capr

reret vsq ad mortē inclusive/ ante qz pmitteretur
malum culpe/ saltē peccatū mortale. pmo igitur
modo non est fortitudo circa mortis periculū
qm mulier fortis poterit actum fortitudinis ex-
ercere vt si nō cōmittat adulterium: plus eligat
recipere verbera multa sibi illata: qm nō im-
mineat ex eis piculū mortis. talia ei sustinet pa-
tienter per habitū fortitudinis. et maiora etiam
sustineret si casus occurreret: imo putandum
est vtr q sustinere firmiter et patienter labores
quos cūq excessiuos vel quos cūq tristitias cor-
porales excellentes siue ieiunij siue in vigilis
siue i frigoribus et calidibus vel rōnib aut alr
qutercūq ppter bonū virtutis saluandū est actus
spectans ad fortitudinē nā si virtus gnat in obis
ex opationib per assuefactionē: sicut dictū fuit
in scdo libro: et paucissimi casus et rarissime oc-
currebūt imminet mortis piculū: pstat qz si soli actus
circa mortis piculū esset actus fortitudinis: fortitu-
do nō nisi i paucissimis hoib gnat. Et iterū
macerare corpus per longas vias et vigilias pro
pter bonū virtutis est opus bonū et virtuosū et nō
est alia virtus ad quā melius reduci possit q ad
fortitudinē. grauiā enī sustinere nō spectat pnci-
palr ad tpsantia: s a delectabilib abstinere. vtrū
fuit michi esse ita/ sed ita nō est tristitia nāqz qz
obiectū terribile per sui pntiā est inatum i ferre
pertinet ad materiā fortitudinis. tristitia vero
qz obiectū delectabile tactui ē natū i ferre p sui
absentiā pntet ad materiā tpsantie et in tpsantie
quia virtus eadē dō moderari p trarias passiones
Scdo autē modo cōcedendum est fortitudinē ēē
circa mortis piculū/ qz si virtus ē ēē circa diffici-
le vt dicebat in scdo: tūc maximū actus virtutis est
circa difficilissimū/ difficilissimū autē est expectare et
sustinere mortis piculū qz terribilissimū ē mors et
hac pclusionē et hac rōnē iudebat. Ar: i mente
allegata i pncipio istius questionis. Et si queras
quare locutus est ipse de solo tali maximo actu
Respondeo q hoc est quia virtus determinat et
cognoscit scdm virtutem in quod pōt vt patz pmo
celi. tamen non obstante hoc ipsa pōt in minus
qui enī habet fortitudinem corporalem leuandi
centū talēta: ipse pulla fortitudinē potest leuare
decem talenta vel vnu. sed in leuando duo talen-
ta nō cognoscitur sua fortitudo Tercio etiā mo-
do cōcedendum est q omnis fortitudo secūdm q
est habitus omnino perfectus inclināt ad susti-
nendū mortē ante qz pmitteretur quodcūq malū
culpe. qz talis fortitudo inclināt ad maximū actū
fortitudinis modo. fortitudinis actus est: quod-
cūq bonū rationis per quod omnia reddūtur
simpliciter bona pferre cuiusq bono corporis et
magis abhorere quodcūq malū culpe qz qd cū-
q malū pene eo q nullū bonum corporis equi-
poller bono rōnis. neqz etiā malū pene malo cul-
pe. tamen fortitudo accepta p dispositione leu-
dabili circa fortitudinis obiectum que nūdū est
habitus perfectus et secūdm quā homo dī sim-
pfr et absolute bonus lz non perfectus nō incli-
naret forte ad sustinendū mortē ppter quodcū-
q malū culpe euitandū. sed solū propter tale in-
quo nō habet locum misericordia neqz venia de

hoc aut dictū est prius in illa questione vtrū op-
tiones que ppter metū sūt sūt inuoluntarie.
¶ Ad rationes ille procedunt vijs suis.
Vicesimo pmo qst. Vtr fortitudo
sit medietas circa timores et audaci-
as. Et arguit qz nō qz illa nō ē
circa timores et audacias q ē circa
iras et tristitias cū circa diuersas
passiones sūt diuerses virtutes. scz fortitudo ē circa
iras dicēte Ar: qz fortes furores sēp hnt. vtrū
homerus virtutē imitte furoi et virtutē et furore eri-
ge. Fortes quidē igit ppter bonum opantur fur-
or aut cooperatur naturalissima aut videt q ppe
furorem esse et p accipiens electionē et cū gra-
fortitudo. Si r fortitudo est circa tristitias dicē-
te Ar: in sustinendo vtrūq tristitias fortes dnt
ppter qd et tristis fortitudo/ etiā Ar: videt lau-
dare fortitudinē super tpsantia p hoc qd diffici-
lius est tristitia sustinere q a delectabilib abstinere-
et ita videt velle q sicut tpsantia est circa dele-
ctationes ita fortitudo circa tristitias. ¶ Tercio qz
assumit sibi furore non mediat circa timores et au-
dacias qz furore ad extremū audacie pte videt
sed fortitudo assumit sibi furore vt allegatū est
ab homero igit. ¶ Tercio dicit tullius fortitudo
est piculor suscepio et labor ppeffio: et ita forti-
tudo est circa labores et picula q nō sūt timores et
audacie igit. ¶ Tercio vel esset circa qd cūq timo-
res qd est qz Ar: vel circa aliq et nō circa alios
quod videtur inconueniens cum non appareat
alia moralis virtus ad moderandum illos alios
timores. ¶ Oppositū dicit Ar: pmo videbit
q fortitudo est circa timores et audacias. Scdo
circa quos timores et quas audacias. pmo
sic patet vtrū moralis ppter hoc requirit ad bñ
pmpre et delectabiliter operandū: qz appetitus
innatus est aduersari rationi ideo q inclinatur
ad oppositum rationis. sed obiectum exterius
non inclināt appetitū: nisi per passionem quam
iffert appetitū. ergo virtus circa aliquod obiectū
exterius exis debet etiam esse circa passiones p
quam appetitus est innatus inordinate circa il-
lud obiectum exterius inclinari igitur virtus exi-
gitur ad moderandū illam passionē ne suo impe-
tu trahat appetitum contra iudicium rationis
modo constat q bellica pericula circa que ē for-
titudō nō sūt innata visioe inclinare appeti-
tū nisi ad fugiendū vel non aggrediendū p ti-
morem: aut aggrediendū et expectandū per au-
daciā. ergo oportet fortitudinē esse circa timo-
res et audacias scz moderando et mediando in-
ter eas secūdm iudiciū rōnis. ¶ Quantū ad se-
cundum sciendū est q obiectum timoris est ap-
parens malū futurū. vñ secundo rōne Ar: qz
diffinitio timorē dicit q timor est tristitia qdam
vel turbatio ex fantasia futuri mali. ¶ Aliū au-
tē ē triplex scdm q triplici opponit bono. est ei
malū iponētū qd honesto bono opponit. et ma-
lū nociuū qd opponit bono vtili. et malū triste qd
qd opponit bono delectabili. qd ē tria bōa quō
distigant adinuicē apput i scdo libro. In hoc au-
tē locoutamur hac ipoz acceptioe qz bona ho-
nesta itelligant virtutes et opa virtutū q dñr hone-
sta

Questio: pxi
Ar primo.

Secundo.

Tercio.

Quarto.

Quinto.

In oppositū

Quo fortitu-
do ē circa ti-
mores.

Triplex ma-
lū scdm tria
gna bonoz et
qd itelligat p
bonū. honestū
vtile et dele-
ctabile.